vadium seu vadia praenominata non evadent, immo se cum successoribus
omnibus iuris remediis evasionibus praescriptionibus suspen-
sionibus, malae citationis et intempestivae eiusdem positione, malae
in lucro condemnationis, malae processus iuris, abrenuntiationis et non
obstantibus, ac eandem condemnationem lucri, processumque iudiciarium
ignorantia et iurisdictio corporali non evadent. Et nihil sibi peni-
tus in auxilium contra inscriptionem praesentem eiusque defectum
recipient, suae suorumque successorum sub amissione totius cau-
sae. Nulla praescriptione terrestri in praemissis obstante.

Boratinski cum Lomszicski

Comparentes personaliter coram officio et actis praesentibus Ca-
strensibus praemisliensibus Generosus Joannes Boratinski de Boratin
ab una et Nobilis Christophorus Lomszicki ab altera partibus
sani mente et corpore existentes, a terris pallatinatibus di-
strictibus iuribusque suis quibusvis propriis recedentes, praesenti
vero Castrensi praemisliensi iurisdictioni se successores ac bona sua
omnia quoad infrascripta tantum attinet incorporantes et subiicientes
publice per expressumque recognoverunt, et quilibet ex eis seor-
sum recognovit. Quia se sibi invicem et mutuo cum successoribus
super omnibus bonis suis nunc et in post habitis inscribunt
et obligant, intercessas certas, sigillis ac manibus suis
propriis communitas et subscriptas, inter se ordinem arendae
bonorum Strzelczyska et Jakoszczelic, per ipsum Boratinski
nomine suo ac Generosae Barbarae de Pelkinie consortis suae
eidem Lomszicki ad decursum trium annorum et hoc a pro-
ximo ventura dominica Conductus Paschae arendatus et fuit
tenere complere et exequi, eisdemque intercessis in omnibus
earum conditionibus punctis clausulis et articulis in toto et
in quavis minima parte satisfacere, sub vadio octingentorum
florenorum pecuniae, per partem non tenentem et praemissa non com-
plentem, parti tenenti et praemissa complenti ad solvendum
tantum quantum opus fuerit succumbere. Nihilominus praefati
recognoscentes se sibi invicem et mutuo cum successoribus super
omnibus bonis suis obligant et inscribunt, praesentem inscriptionem
ex his actis ad acta terrestria praemisliensia, ad primos vel se-
cundos terminos terrestres praemisliensis, in hac vel meliori
forma verborum transferri transportari. Et circa trans-
portationem inscriptionis praesentis praefatus Joannes Boratinski
Barbara de Pelkinie, praedictus vero Lomszicki agnetem
consortis suae, cum amicis duobus ipsarum de linea paterna
proximioribus ad consentiendum super inscriptionem praesentem ad
eadem acta terrestria praemisliensia ad ducere et statuere sub simili
vadio octingentorum florenorum pecuniae, per partem non tenentem
et successores parti tenenti tantum quantum opus fuerit ad solvendum
succumbere. Pro quo quidem vadio seu vadiis si se pars pre-
missa non tenens et non complens cum successoribus, parti tenenti
et praemissa complenti ad officium praesens Castrensis praemisliensis
citare permiserit, extunc a terris dictis iuribusque suis

quibusvis propriis recedentes, coram eodem officio, cui se utrique
cum successoribus bonisque suis omnibus subiiciunt in primo citationis ter-
mino tanquam peremptorio stare parere respondere, ac pro praefato
vadio seu vadiis pars parti cum successoribus omnibus exceptio-
nibus, controversiis, praescriptionibus, suspensionibus, vera vel sim-
plici infirmitatibus, actione pro maiori, ad quietationem dila-
tionem non petendo, motionibus, appellationibus earumque prosequutionibus
vellis coloquiis conventionibus generalibus et particularibus, pre-
na trium marcarum et triplici para ac aliis omnibus generaliter
dilationibus iurisque remediis semotis et in pactum reiectis satisfa-
cere cum suis successoribus tenebitur. Nulla praescriptione terrestri in
praemissis obstante.

Kormanicski ttr Jaskmanicski

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensibus
praemisliensibus Generosus Joannes Kormanicki in Riboticze Sacre
mente et corpore sanus existens, a terris districtibus iuribusque suis
propriis quibusvis recedens, praesenti vero Castrensi praemisliensi iu-
risdictioni se successores ac bona sua omnia quoad actum effectumque
totius inscriptionis praesentis attinet incorporantes et subiicientes pu-
blice per expressumque recognovit. Quia Generoso Andreae Jask-
manicki eiusque legitimis successoribus summam ducentorum et
octuaginta florenorum pecuniae tenetur, praesentique se et suos succes-
sores super omnibus bonis suis obligat et inscribit, pro fa-
cto sacri pentecosten proxime et immediate venturo solvere reali-
terque circa acta praesentia Castrensia praemisliensia reponere et relin-
quere. In defectu vero solutionis et repositionis summae praefatae pro
tempore suprascripto extunc tenebitur praefatus Kormanicki
vel eius posteri tenebuntur quos secum super omnibus bonis suis
obligat et inscribit, eidem Andreae Jaskmanicki et eius succes-
soribus dare et libere admittere realem intentionem in quatuor
Cmetones suos haereditarios sic dictos Iwan Piotraszczin, Holob-
czuth Orinka, Ziesko Holobczowianth Hricz Lichow et duos
Jortulanos qui manent penes eodem Cmetones in villa Brzo-
ska residentes per ministerialem terrestrem quemcumque sub vadio citatis
summae ducentorum et octuaginta florenorum pecuniae monetae po-
lonicalis, per ipsum Jaskmanicki et eius successores, bona
praefata in intentione accepta ad festum nativitatis domini tunc pro-
ximo venturum et in defectu protunc exemptionis extunc ad
aliud simile festum nativitatis domini et sic de anno in annum annis se-
quentibus usque ad exemptionem et summae praefatae persolutionem
cum omni iuridico proprietate, ac cum omnibus et singulis atti-
nentibus pertinentibus fructibus proventibus redditibus utilitatibusque
universis nihil excipientes tenentes, habentes possedentes. Tenebiturque
praefatus Joannes Kormanicki cum suis successoribus, quos se-
cum super omnibus bonis suis obligat et inscribit, eundem Jask-
manicki et eius successores in bonis praefatis et omnibus eorundem
ab omni quavis impetitione iuridica, omnibusque quibusvis violentiis
et impedimentis quarumlibet personarum sexus utriusque

Starechowski tti Blendowsky